Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36566
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



152

uitiorum consequantur. Unde mihi uidetur esse infinitus quidem numerus
contrariarum uirtutum. propter quod per singulos pene homines sunt spes aliqui. in his
diuersa peccatorum genera molientur. Verbi causa. Est aliquis fornicationis
spiritus. est ire. alius auaritie. alius uero superbie. et si euenerit ut aliquem hominem
qui his omnibus malis aut certa pluribus agitetur omnis hos ut certa plures in
se habere inimicos putandus est spiritus. Unde et per singulos plures esse
credendi sunt. quia non singula singuli homines habent uitia. ut peccata
committant. sed plura abuno quoque uidentur admittere. Et rursum non est
putandum quod unus fornicationis spiritus seducat eum qui uerbi gratia in hoc
tantum fornicatur et illum qui in mundia ut in alius locis diuersos homi
nes agitare. sed puto magis principem quidem fornicationis spiritum esse unum.
innumerosum esse qui in hoc officio ea partant. et per singulos quosque ho
mines diuersi spiritus sub eo principe militantes ad huiusmodi eos pec
cata sollicitant. Similiter et iracundie spiritum principem unum esse arbitror.
innumerosum esse sub ipso agentes. qui per singulos quosque homines huiusce
uitii peccata succendant. Similiter et auaritie unum esse principem. sic
et superbie et ceterorum malorum. et idcirco non unus principatus dicitur in contrariis
uirtutibus ab apostolo sed plures aduersum quos pugnat sibi esse et nobis omnibus scribit.
esse tamen reor horum omnium principem uelut eminentiorem quendam
in nequitia. et in sceleris celsiorem qui totum mundum que ista ad peccata
singuli quique per peccatorum species per parte sollicitant. solus uelut om
nium principum dux et totum nefandi malitiae magister ex agitare. cui figura
cum rabyn discipulorum per paruo intelligentiae nostre capitu in superioribus
patefecimus. Puto sane quia sei quique repugnantes aduersus istos
incentores spiritus peccatorum. et cum certes eos atque eorum unumquemque su
perantes inminuant exercitui demonum. et uelut eius plurimos eorum
interimant. Verbi causa. ut si qui caste pudice iuuendo fornicatio
nis spiritum superauerint non ultra fas sit illum spiritum qui ab illo secundo victus
est. in pugnare iterum alium hominem. sed sicut illi spiritus qui rogabant